



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Specvlvm Magnvm Episcoporvm, Canonicorvm,  
Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam  
Secularium quam Religiosorum**

**Tympe, Matthäus**

**[Köln], 1614**

155. Ante alios labores preces absoluere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51447](#)

serisse, qui etiam ad loca difficiliora ieiunia adhiberet solitus erat.

Rupertus Abbas à B. Virgine ingenium ad scripturas idoneum impetravit. Apostolus Paulus in Thessalonicēsum inuocauit preces, quo dñe prædicationis Euangelicæ cursus esset feli-  
tor. Orate, inquit, pro nobis ut sermo Dei currat & clarificetur. Ep. 2. c. 3. v. 1. Sic & alii boni conciona-  
tores, vt conciones suas non in aures infundant,  
sed in hominum animos inscribant, ad collo-  
quium diuinum, ad preces, identidem re-  
currunt.

*V. in trium  
locum de  
Maria cul-  
tu.*

## SIGNVM CLV.

*Ante preces absoluere, quam labores  
alios ingredi.*

Paulus Monachus nullo vitæ suæ die prius quicquam egit, quam trecentas orationes genibus prouolutus Domino obtulisset. Cassio. *V. Baron.  
An. Chr.  
809. quo o-  
biit S. Lud-  
gerus 7.  
imp. hist. l. 8. c. 1.*

2. Carolus Magnus Ludgerum Monasterien-  
sem Episcopum, ad se scribunt Monachi Wer-  
denses, pro quadam Reip. utilitate euocari fecit;  
Qui cum secundum præceptum eius venisset, &  
intrata palatiū mansionem accepisset, primo sta-  
tim mane, misso ad eum Rex cubiculario ipsum  
ad se venire præcepit. Ea ipse hora per-  
soluendis ex more cursibus, cum suis in-  
firmis, nuncio respondisset, & hoc regi ille  
retu-

Qq 2

retulisset, secunda quoque vice & terciā ad accersendum misit. Sed ille diuinum seruit cunctis aliis rebus anteponendum esse non poterans, omnino venire distulit, donec capti modiam consumeret. Qua finita in conspectu Regis cum venisset, cur ad imperium suum nire contempssit interrogauit: Adhac volu-

*Ambro. ad Eugenium* le intrepido, mente constantiore: Ego, Imperator, inquit tuum praeceptum ita in omnibus exponam, ut tamen Deum tibi ubique professio in. dum putauit, vt tamen Deum tibi ubique professo iuriam si o. non dubitarem, quem omnibus anteponendum est. Deum nes norunt omnes fatentur. Hoc & ipse mibi praefero.

quando pastoralis curae sollicitudinem mibi commisbas, vt Deo primum seruendum scirem, postea sequenter imperius cognoscere esse obtemporationis regulam secutus. Deum tibi & cunctis mortalibus praeponendum non ambigo, ne tu credidi, quod huic iustitioni, & perspicacissimam trarium esset, &c.

Hanc eius responsionem Rex optime pplexus: Gratias, inquit, habeo Episkepe, quia quod esse credidi semper, talem nunc te esse experientiam facit.

Sic boni Clerici nihil inconsulto Numeri grediuntur, nihil nisi annuente Deo proficiunt, atque perficiunt. Nulla ab ipsis actio possit, sed assiduitate precum & considerationis multa decocta procedit. Rerum inuentoribus principi Deo totos se regendos commitunt, et omnia ex diuino consilio & voluntate gentes supplices adhibent, sciunt enim le-

illud non posse perdere quo circa Deum occu- *De orat.*  
 pantur, nec spem totam ponunt in sua industria *dom. Ser. x.*  
 & in manibus suis, oblitii eius. Ut Greg. Nyssenus  
 afferit, facere homines sacerdetales, qui manus de-  
 dit: hic Nyssenus: *Idcirco abundat in vita peccatum*  
*omnisque incrementis semper augescit, quoniam obliuio-*  
*Dei tenet omnes, & homines non coniungunt actiones*  
*sue serias cum oratione. Hæc ille & quidem verissi-*  
*me, Nam ut corporis vita suum habet alimen-*  
*tum ex cibo & potionē, quo alimento si careat*  
*certa mors est, sic vita animæ suos item habet ci-*  
*bos, maxime autem orationem ex qua mens o-*  
*mnes eos percipit fructus, quos corpus ex suo*  
*pabulo. Sic enim reficitur & instauratur, deinde*  
*delectatur, postremo etiam roboratur & confir-*  
*matur ad omnem motum, & munus, & ad exe-*  
*quendas actiones: contra vero hoc cibo subtra-*  
*ctio languida & iners, & imbecilla efficitur, vt leui-*  
*quouis incursu vel occursu in lapsum & mor-*  
*tem ruat.*

Orandum autem est clericis non pro se solum *He. 5. v. 2.*  
 sed etiam pro omnibus hominibus.

S. Paulus ait: *Omnis Pontifex ex hominibus assum-*  
*plus pro hominibus constituitur, in iis quæ sunt ad Deū,*  
*qui offerat dona & sacrificia pro peccatis. Et ad Episc. 1. Tim. 2.*  
*Tim. Obsecro primū omnium fieri obsecrationes, oratio-*  
*v. t.*  
*nus, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus ho-*  
*mibus, &c. S. Greg. li. 1. Ep. op. 24. ad Ioan. Episc.*  
*Const. & alios: Quid Antistes ad Dominum nisi pro de-*  
*litiū populi intercessor eligitur? Quia itaque fiducia ad*  
*Deum pro peccatis alienis intercessor venio, apud quem*  
*de propriis securus non sum? &c. Si assidue pro popu-*  
*lo o-*

614 S I G N V M CLV.

lo orauerint multum à Deo imperato  
Oratio & ieunium S. Petri singulare  
festu iunguntur A&torum tertio. Oratio  
ius subiicitur de claudio ex vtero mattis,  
in integrum valetudini restituto, ita ut exilium  
laudaret Deum c. 10. post preces visionem  
tur ut Cornelium & alios gentiles in Ecclesie  
recipiat. S. Ambr. in nat. li S. Petri & Pauli  
Bene ait (Lucas) in canaculum adorationem  
Petrum, qui a omni sanctus quando orat relinquit  
milia vel terrena in altum mentis extollitur, &  
l' me suspensus rapitur, & cogitatione sancta sollicitus, multi  
nus efficitur. Atque ibi esurienti illi, hoc est, cogita  
cordis sui sublimiori loco pro salute populi Iudaean  
tur vas diuersorum generum, animalibus plenus  
diuinitate dicente illi: Tu Iudeos solos esuris, cuius  
fidei tuae cunctarum gentium diuinitatem  
primum animal Deo ex gentibus Centurio Cor  
immolatus. S. etiam orationis beneficio  
primum hæresiarcharum Simonem de E  
& cœlo elecit, ut habeat S. Maximus ser. 66.

S I G N V M CLVI.

*Ad ordines sacros aliasque dignitatibus  
siaisticas idoneos duntaxat & digni  
seu bene meritos promouere.*

1. Tim. 5.  
22.  
Ho. 16.

**M**andatum Apostoli ad Episco. Tra  
Manus cito nemini imposueris, neque aufer  
municaueris peccatis alienis. Quid sibi vult tuus replet.